

parat, peragiturque ferè nocte per lulum privilegio committunt, inter magnum concentum. Plur. in Casare.

Carmentalia, Romanorum festa erant, quæ à matribus familiaribus singulis ad 18. Calendas Februarias fiebant, in quibus aliquod sortem, aut sua morte peremptum utillie, magnum crimen erat. Alex. ab Alexand. lib. 6. cap. 8. Carmentum quidam proprium hominum procreationis fatum opinantur esse, & ob id matres hæc sacra agitare. Alii Eundem Arcadis matrem fatidicam, eam Phæbo dicant esse tradunt (Plutarchus in Romulo) & Carmentam, quod carne responsa daret, appellatam: Nicofratæ enim proprium illi nomen fuerat.

Libertatem. Festa

Servorum.

Festis Saturni diebus apud Rom. servos ingeniorum ministeria occupare, pileos fumere, & liberis nullo discrimine differre, sipeque invicem dare, & munera misitare, servatum est. Regna quoque sortiri inter æquales, & tanquam reges imperitare, magistrum purpuram induere, reliquos in veste candida diem concelibrare. Qui etiam mos cum Græcis & servis communis fuit. Nam per Mercurialia festa, Hermæa dicta, hoc ipsum fiebat in Creta, velut testatur est Caristius in Historicis commentariis: nam convivantibus servis, domini illis serviebant, atque ministrabant in Træzene vero Gerastionis mente per multos dies fieri conventus, Panegæra dictus, quorum in uno servi cum civibus unâ ludunt ultragalis, & servis domini convivium præbet: ut asserit Carystius. Berofius autem libro B abyloniorum verum primo ad 16. Calendas Septembris, scribit, festum Sacre vocatum, per dies quinque agi in Babylonia: in quibus mos erat, ut servi domini imperarent, atque unus eorum educabatur ex domo florenti regis similem induens, quem Zoganeum appellabant. Mentionem facit hujusce festi Ctesias lib. 2. verum Persicarum Athens lib. 5. cap. 17.

Saturnalia in Thesalia celebrata, & Peloria fuisse nuncupata, Græci scribunt, à Peloro quodam, qui Pelago nunciat fuit primus, perruptis terræ motu montibus, effusas stagnantes pelus in Thesalia aquas, renudatoque speciosissimos campos Celius lib. 3. c. 23. A. L.

RESPECTU FORMÆ SEU MODI. TUM Ante Festum.

Ex instituto Numa, in pompis & supplicationibus sacerdotum Rom. antecedeant per urbem præcones, serialeque & iustum indicabant. Siquidem ut Pythagoreos ajunt non permittere, ut obiter quis adoret, & supplicet diis, verum ut domo statim mente ad id meditantur accedat: ita censuit Numæ decere, nihil ut civis rei divinæ audirent vel viderent personarum vel locorum, sed vacui curis aliis, velut summo negotio religionis adverterent animum, viasque à strepitu, crepitu, gemitu, & omnibus quæ commitantur necessarias & vulgares operas, ad sacra præstare puras: quorum vestigium nonnullum suo awo manere Romæ, testatur Plutarchus in Numa.

In Festum. Huc Otium.

Apud Rom. Regem sacrorum Flaminesque non licebat videre feris opus fieri: & ideo per præconem denunciabant, ne quid tale ageretur. Præcepti negligens multabatur, & porco piaculum dabat. Licebat tamen ex Scævole consilio id agere, quod prætermisum noceret, ut bovem è specu liberare, ruinofum tectum stilicere: sic Marto inquit, Balantumque grægem fixisse merjere salubri. Salubri adicit, ut constet, non ob lucrum purgandæ lanæ, sed averendi morbi gratia, id festo die fieri concessum. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 16.

Hilaria, Romanorum festa erant ad 18. April. instituta, in quibus solemnitas & ludos publicos, dieque hilares concelebrant, quo tempore Sol Zodiaci peragrato spatio, per omnes signorum stationes ad nos revertens, longiores noctibus dies efficit. Alex. lib. 4. c. 20.

Salii, Matris sacerdotibus, cenis sumptuosiss & comestationibus cum canu & symphonia opiparè sua festa celebrabant, in quibus fabulæ cotomas & alia convivorum oblectamenta adhibebant. Alex. lib. 1. c. 26.

Certamina, Cædes.

Malabares Indi, XI. Cal. Septembr. factum solenne fac-

ciunt, in quo pueri arcibus armati, in fossiles per ludum sagittas levissimas emittunt. Deinde ii, qui ætate magis provecti sunt, similitera conciliunt, quibus multi gravissimè succiati moriuntur. Cum iis, qui ad hunc modum è vita discedunt, præclarè actum putant: Hos enim censent in cæsum, ut cum diis ævum exigant, immigrare. Multa sunt apud illos anniversaria sacra, in quibus quidam variis sibi modis in maximo hominum conventu & celebritate vitam exhauriant. Orosius lib. 1. verum Emm.

Diræptio. Κερατὰ Κοτυτίαι, id est, Rapina Cotytis. Cotytia festum quoddam erat apud Siculos, in quo ex more placentalæ quæpiam & arborum fetus ramis alligabantur, eaque diripiendæ proponebantur. In Plutarchi collectaneis Dici solitum de bonis temerè profutis diræptique. Erasim. in Adag.

RESPECTU FINIS. FESTA INSTITUTA, CULTA

causa Memoria prætoriorum.

Festum diem Septimontium Plur. in Problematib. ponit, quum septimus mons est urbi quasi tum demum finitæ additus. Polyd. lib. 4. de Invenit.

Victis à Camillo Gallis, & Roma denudè instaurata, Latinos ajunt, sive in speciem, sive reipâ, instituisse de integro contrahere inter utramque gentem affirmatam: ac legatos misisse, qui ingeniarum puellatum à Romanis pudica polerent connubia. Fluctuantibus, quid consilii caperent, Romanis ancillam Tutolam nomine, ut illi dicunt, Philotidem, principibus subjecisse, secum ut mitterent ancillas, quæ ætate florent, & liberali essent forma, in virginum ingeniarum motem excutias: reliquæ sibi curæ fore. Principes probato consilio delegisse ex ancillis, quas ad eam rem illa probasset; cuique veste ornatas & mundo, Latinis, qui stativa non procul habebant ab urbe, tradidisse. Tunc cæteras gladios hostibus subtraxisse: Tutolam vel Philotidem consensu edita capricio, & stola adversus castra obtenta, facem Romam verius sustulisse: quod eum cum magistratibus signum, aliis incisiis civibus, convenerat. Quapropter tumultuarè à militibus excurtum fuisse, quum insisterent duces, scie mutud appellantiibus, vix ut instrui possent in aciem. Vallum nec opinantibus, hostibus sopitique adortos, cepisse castra, atque maxima ex parte hostes obruticasse: idque gestum Nonis Quintilibus, quas nunc appellant Julias. In hujus rei memoriam festum agi, quo primum agrime etumpentes urbe, nomina plurima patriæ & vulgaris cient, Cajum, Marcum, Lucium, his similia: referentes motum illam in properando appellationem. Deinde splendide comæ urbem circumvenit ancillas, diæteria in obvium quemque facientes. Pugnam quoque inter se conferunt, ut quæ etiam tum in prælio cum Latinis inito operam navaverint suam. Ad epulum confident ficulneis inumbrata ramis. Eam diem Nonas Caprotinas à capricio, ut arbitrantur, qua facem edidisse ferunt puellam illam, nominant. Alii peraque, quæ hinc aguntur & dicuntur, referunt ad Romuli casum: illo enim die ex oculis hominum extra portam abiisse Romulum, caligine subto cum procella coorta: ut autem nonnulli arbitrantur, sole deficiente, Atque hinc diem illum Nonas Caprotinas à capra dictum. Nam Romulus, cum ad paludem Capræ appellatam haberet concionem, ex conspectu hominum ablatu est. Plur. in Camillo & Romulo.

Cum Tarentini à Romanis obfiderentur, periculumque efferet, ne fatie ad dedicationem compellerent: Rhegini, decimo semper die junium decernentes, victum concesserunt Tarentinis. Proinde cum decedentibus Romanis liberarentur, memores calamitatis Tarentini, festum constituerunt, quod Jejunium appellabant.

Panegyrum canum mense Augusto ab Romanis solitum celebrari, auctores Græci sunt, monumento urbis capte ab Gallis. Tunc vero excedebant canes, quia Artoaxeni, id est, sine latratu egerant, anferibus ampliter sonoreque inelamantibus. Hoc ipsum arbitror à Plinio significatum lib. 29. ubi canes ait annua pendere supplicia inter ædem Joventis & Stannmani, in furca vivos arboris foxos lambuæca. Celius lib. 17. c. 28. Ant. lib.

Confecrandi, Inaugurandi. Eicthopia, festum Athenis, quo magistratus omnes auspiciantur: estque anni principium. Suidas.

Divina

Divinationis, Oraculi. Apud Delphos, mensis est Byfius dictus, quasi Pyfius, quo sciscitantur & consultant Apollinem: Nam ita loqui est iis patrium. Siquidem hoc mense reddebat oraculum diemque ejus septimum Apollinis natalem esse existimant, videntque eum propheta: non quia parentur phisus, quod est placenz genus: verum quod tunc frequenter deum consulant, ac crebra oracula reddantur. Serò enim, ut Antea semel forte antea respondebat eo die sacerdos: ut scriptum reliquerunt Callisthenes & Anaxandridas. Plur. in quest. Græcæ.

Fructuum. Rudis fuit præcorum vita, atque sine literis, non minus tamen ingeniosa fuit in illis observatio, quam in posteris ratio. Tria namque tempora fructibus meniebant, propter quod instituerunt ferias, dieque festos: Rubigalia, Floralia, Vinalia, Rubigalia Numa constituit, anno regni sui xi. quæ nunc aguntur ad 7. Calend. Maji, quoniam tunc ferè legetes rubigo occupat. Floralia 1. v. Calend. ejusdem instituerunt, B. Urbis anno dxxi. ex oraculis Sibylæ, ut omnia benè desolerecerent. Hæc dea Floræ prid. Calend. Maji dicata. Vinalia festa sibi apud Romanos celebrata sunt in anno: Prima ix. Cal. Maji degustant instituta, nihil ad fructus attinent, cum vina putant; quo die Jovi novum vinum libare mos erat, quod ex dolio haustum Calpare extimebant. Eo tempore instituta, cum Veneri ades dedicaretur, cujus tutele olitores addecebantur: Tempelatibus lenendis celebrabantur, in quibus vinum novum in urbem ferre, & in cellis vinaris condere assueverant. Unde apud Tuluanos lege carum erat, ne quis novum vinum, antequam Vinalia calenur, in urbem inveheret. At Vinalia altera ad 13. Calend. Septembris aguntur. Plinius lib. 18. cap. 29. Quibus flamen Diali vindemiam aufpicatus, matris uvis vinum legere, & vindemiam fieri, jubebat quibus factis agnum Jovi immolant, interque castra & porrecta vinum legit. Alex. lib. 6. cap. 8.

Expiationis, Lustrationis. Quirinalia fultorum festa apud Rom. in quibus sacrificio expiare cogebantur ii qui in Fornicibus non herant ferati, C. qui que in sua tribu sacrum non fecissent. Alexand. ab Alex. lib. 3. cap. 12.

Amburbalia, festa erant, in quibus ob dira quædam via prodigia, redæ aut victimæ, sulphuris & aque lustratione, urbs aut Capitolium expiaretur & lustraretur. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 26. Ambarvalia, festa & facta erant, quæ tutandis imperii finibus fiebant, in quibus vitula aut agna coronata, messis, ager, fundus, terra, grex, vel pecus ter circum lustrabatur, prosequente agrestium turba cum fistula, solemnique platu & clamoribus, deum deamque, cui facta fiebant, invocante, uti morbos & intemperiem omnem prohiberent, frumenta & pecora ab omni detrimento tempestateque defenderent. Ibidem.

Solitaria, festa erant, quæ singulo perfecto quinquennio per Censores fiebant, qui urbem, sive ovis & tauro, aut vere, tauro & arietè, lustrare solebant. Ibidem.

Armlustria, Romanorum festa erant, in quibus equites, alique milites coronati, sacrificio lustrabantur in campo Martio. Ibidem.

Tubilustria, festa erant, Romanorum, in quibus mense Martio Tube sacrorum in atrio Saurio lustrabantur. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 26.

RESPECTU TEMPORIS. QUANDO INSTITUTA, CULTA.

Festa. Vnius diei.

Argivi, Numenia cunquæ mensis celebrant, mulieres viribus unicus, & chlamyidibus; viros autem plebis muliebribus amictibus in memoria Telefilie poetrice, quæ Argos oppugnante Cleome, Argivas armatas ad pugnam eduxit: quæ armata in propugnaculis stantes, circum circa muros tuentes, Cleomeum repulerunt. Polyenus lib. 8. Plutarchus in Problematib. Rom. antiquarum, docet, apud veteres Calendas primum mensis diem diis consecratis habitum sacrum, secundum vero diis inferis, in quo & lustrationibus quibusdam uti mos erat, & mortuis parentabant. Quin etiam totius mensis tres dies principes & auctores esse voluerint. L. B. Theat. vii. Human. Tom. 111.

Calendarum, Nonarum & Iduum; quos festos ac sacros habebant, veluti diis superis dicatos Qui hos sequerentur, hoc est, postidie Calendas, Nonas & Idus, diis manibus attribuebant, ac proinde nefastos ac religiofos judicabant. Sic & apud Græcos tertius crater Sospitatori Jovi, secundus semideus ac demonibus tribuebatur. Principium autem omnis numeri est dies, cui adversatur dies, inter pares numeros primus, nec finem habens, nec perfectus, cum tertio sit absolutus. Hinc Pythagoricum ænigma, Τεῖς ἀπὸ ἑαυτοῦ ἀνταρὰ δύνει, ἀπὸ τῶν ἑξήκοντος. Erasmus in Chil.

Apud Rom. Martii mensis (qui primus fuit, ex Romuli instituto) die prima, ignem novum Vestæ aris accendebant: ut incipiente anno, cura demud servandi novati ignis inciperet. Eodem quoque ingrediente mense, veteres novis laureis mutabantur. Eodem quoque mense & publicè & privatim ad Annam Perennam sacrificantur ibant, ut annare perennareque commodè liceret. Eodem mense mercedes exolvebant magistris, quas completus annus debere fecerat; Comitibus auspicabantur, vestigalia locabant: Et servis cenæ apponebant matronæ, ut domini. Saturnalibus illæ, ut principio anni ad promptum obsequium honore servos invitarent: hi, quia gratiam perfecti operis exolverant. Macrobius lib. 1. c. 12.

Inter festos celebratoque dies, quos in honore deorum vetus religio sanxit, Idus præcipue solemnes semper fuisse accepimus. Nam præterquam quod omnes Idus Jovi feriatas, & à flamine diali bovem immolari singulis Idibus prescriptum sit: tamen præcipue quedam erant ferie Idibus dicatæ, quas Veteres coli oblevatiueque iusserunt, ut illas prætermittere, & in solemnes relinquere, ducent nefas. De quibus proluxè Alex. ab Alex. lib. 3. c. 18. Idus Martias ad Annam Perennam, quod commodè annare & perennare liceret, festas genialeque observarunt. largioribus piaculis indulgentes. Ea enim nimis sporæ Didonis creditur, in Aricino, seu Laurente sedem habuisse ferunt, quam à perpetuitate Perennam nancupant; quæ Idus insulae & ominosa postea fuit: placuitque illas Parricidium vocari, quod illis D. Cælar conjuratorum manibus cæsus occubuit. Idem cap. 17.

Ter in mense, nono quolibet die, rustici vel mercium vel negotiorum causa in urbem veniebant, ex instituto Serv. Tullii. Nundinarum ferie Jovi olim factæ, lege Hortensia posita, inter Fastos receptæ, ut litem coram prætore componere possent. Eodem die trinundino olim propter frequentiam plebis leges etiam promulgabantur, & candidati in Comitiis in colle consistebant, ut ab omnibus conspici possent. Quæ tamen postea deserunt, quum etiam internundino die magna plebs adesse frequentia. Polydorus lib. 6. cap. 7. de rerum Inventoriis.

Plurium dierum. Ex præcedentibus pleraque exempla. SIMULACRA, IMAGINES Deorum Nullæ.

Ægyptiorum templa, licet marmore & auro essent elaborata, luxu ingenti, & mira arte; tamen deorum imago nulla inerat: sed earum loco vivi dii, Simla, Ibis, vel Crocoillus, aut aliæ id genus pestes, Magorum & Ægyptiorum portenta, pro diis colebantur. Alex. lib. 2. cap. 22.

Perse nec statuas, nec aras erigebant; deos vero putabant Cælum, quem Jovem existimabant; Solem quem Mithram vocabant. Item Lunam, Venerem, Ignem & Tellurem; præterea Ventos & aquam. Strabo lib. 15. Herod. lib. 1.

Apud Seres, sicut tradit Eusebius l. de Prepar. Evang. c. 6. lege exceptum erat, ne simulacra colerentur. In Romanorum quoque templis Clemens ait, ex decreto Numa, Mofaica dogmata penitus æmulati, annis c. atque lxx. ab V. C. nullam imaginem, neque scilam, neque pictam, esse conspexit. Afferit idem & Plur. in vita Numa.

Germani, præco tempore (ut Tacitus scribit) nec deos cohilbere parietibus, neque in ullam humani oris speciem assimilare, ex magnitudine celestium fas arbitrabantur.

Lycurgus, Lacedæmonum legislator sanctissimus, etiamfi multarum ceremoniarum apud gentiles institutor esset, nulla tamen apud eum ficta deorum imago fuit: quippe hominum aut animalium species diis tribui, semper vetuit. Alex. ab Alex. c. 2. l. 22.

Romani ex Numa instituto simulacra nulla deorum habebant



A bebat. Primus Tarquinius Priscus Græcarum religionum idololatricæ superstitione eos imbut. Vide Tit. Religionis ethnice institutio.

SIMULACRA, IMAGINES, DEORUM QUI COLUNTUR, QUORUM. Puta. Jovis.

Signum Jovis Olympii, à Phidia factum, ab Eleis de manubus finitimorum populorum, qui desererant, positum. Sedet in solo deus ex auro & ebore factus. Corona capiti imposita est ad oleagine frondis imaginem. Dextera Victoriæ, & ipsam ex ebore & auro, præfert, cum tania & corona. Læva scæptum tenet affabrè expolitum, & omnium metallorum varietate distinctum. Quæ avis scæpto incumbit, aquila est. Aurei sunt deo calcei, pallium item aureum. In eo cum diversa animalia, tum ex omnibus florum generibus lilia imprimi cætera sunt. Solum ipsum auro & pretiosis præfulget lapidibus: neque in eo vel eburnum, vel ebur desideratur: animalium verò formis intercurrente pictura exornatur: signa etiam in eo eminent. Victoriæ quatuor saltantium specie ad singulos lævæ pedes. Duæ itidem ad pedum calcem sunt. Ac prioribus quidem pedibus insunt Thebanorum pueri, à Sphingibus capti. Infra Sphingas Niobem cum filiis Apollo & Diana sagittis configit. Inter pedes discuntur regule, multa illos compage jungentes. Vide Pausan. lib. 6. Qui mox subiungit: Olympii Jovis signum quàm latè lateque pateat, linearum descriptionibus qui demonstrare conati fuerint, cum sciam non desuisse, eorum mihi cerè parum est in mentiendo probata solertia. Est enim ea tota dimensio inferior molè propè adspicientium opinione. Tradunt cerè ipsius dei auctoritate Phidias artem comprobata. Nam cum expolit jam opere Jovem orasset, significationem in sibi aliquam daret, nunquid illud ipsi acceptum esset & gratum opus, eam pavimentum partem de celo tactam memorant, quo loco urna ætate mea ex ære (quod loci esse insigne) posita est.

Jano triplex statua in foro Romano erecta est, ad quarum unam veniebant creditores, ad alteram qui fœnus redderent, ad tertiam autem qui locarent. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 14.

Proserpine statumam juxta curiam Hostilianam fuisse erectam legitur apud Alex. lib. 1. c. 16.

Angeronia. Duodecimo Calend. Januat. ferie sunt Angeroniæ, cui Pontifices in sacello Volupie ad Navaliam propè portam Romanulam (teste Varro lib. 2. de ling. Lat. & Macrobio) lacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici, eit, quod angores ac animum fœlicitudinis propitiata depellat. Malurios adicit, simulacrum ejus deæ ore obligato atque signato in ara Volupie propterea collocatum, quod qui suos dolores angustatiq; dissimulant, perveniunt patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Ludov. Proves in lib. 4. de civitate Dei, cap. 8.

Fortune. HOMERUS Tychen, sive Fortunam, deam ignoravit, nisi quod Oceanii filiam cum Proserpina ludentem in Hymno Cæteris facit. Bupalus, architectus & plastes insignis, Smyrneis Fortune signum omnium venustissimum finxit primus, capitulumque imposuit, altera manu cornu Amalthæe tenentem fecit. Pindarus Ægyptiorum etiam vocavit. Pausan. in Messeniis.

E qua Mater. PLATO lege vetuit, ne decorum imaginis ex auro vel argento fertore aut ære fierent, sed tantum ex ligno vel lapide: ut ne imperiti homines, ex occasione rei pretiosæ, existimarent se propterea deos placare aut decipere posse. Polydorus lib. 6. c. 12. de Inven.

In status deorum, sub Constantino & Theodosio Imp. eversis, repererunt aut mortuorum corporum ossa, atque arida crania, incantatorum perversitate imposita: aut loricidos panniculos, fræda abominatione referatos: aut fœni & stipularum fasciculos. Eusebius lib. 2. de vita Constantini. Ac per status incantatores suas exercuisse fraudes, patet ex historia Theotechni apud Eusebium l. 9. c. 3. & 11. Ex actus per cuniculos in status propebant, indeque responsa dabant. Theodoretus lib. 5. cap. 22.

Tartari sigillaria ac idola quadam humanæ formæ ex E centone facta, ad utramque ostii partem locant, quibus ubera prominent; atque illa custodiæ pecorum & tutela præesse arbitrantur: horum beneficio lactis gregalis, & pullorum gallinaceorum copiam proficere credunt. Nonnulla quoque simulacra è serico formant, præstant curribus, & adornant: in quibus quidem curribus si qui furum fecerint, veluti sacrilegii indicia causâ continuè trucidantur. Cum sigillaria talia facturi sunt, nobiliores mulieres cogunt. Formato idolo, ovem maciant: combustis ossibus, cætera devorant. Ægrotantibus pueris, pupas dicant, ad lectumque suspendunt. Chiliarchæ & centuriones in media statione hircos habent, quos idolis faciunt, primitiæque lactis jumentorum ac pecorum delibant. Cum celebrant convivia, omnium que apponuntur, primitias offerunt. Cum sacrificant victimas, cor simulacro dicant: deinde id decoquant, ac devorant. Uro regi ante stationem magnam simulacrum honorificè ponunt: cui equos, quos nemo deinde confendit, dicant. Maciant etiam animalia varia, que combustis ossibus devorant. Hiæc quique præteriens le inclinare ac prævenari cogitur: quod cum Michael Rutenorum facere reculare, extemplo trucidatus est. Bonfinius lib. 8. Dec. 2.

Qua Forma. Ex præced. & seq. illusretur. HOMINUM QUI COLUNT. Sicut Idola sua habuere Ægyptii.

Jupiter cum ab Hercule, cernere omnino eum volente, cerni nollet: tandem exoratus, id commentus est, ut amputato arietis capite, pelloreque villosa, quam illi deraxerat, induta sibi, ita sese Herculi ostenderet. Ex hoc Ægyptii instituerunt, Jovis simulacrum facere arietina facie: & ab Ægyptiis Ammonit acceperunt, qui sunt Ægyptiorumque Æthiopiæ coloni, & linguam inter utroque utripantes. Qui etiam videntur ea de re se Ammonitis cognovisse, quod Ægyptii Jovem Ammonem appellant. Ob hæc etiam rem oves & arietes non maciantur à Thebanis, sed sacrosancti sunt. Certo autem die tantum quotannis, in festo Jovis, unum demum arietem maciant, cujus pelle detracta, Jovis simulacrum induunt, ad illudque deinde aliud ducunt Herculis simulacrum. Quo peracto, cuncti qui circa templum sunt, arietem verberant, deinde sacra eundem urna sepeliunt. Herod. lib. 2.

Scriptum reliquit Lucianus, in Philopseudo miraculum illud statue Memnonis fuisse celeberrimum in templum Serapidis, Ægyptiis Thebis. Nam ipsa tue manæ cum radiis solis tangeretur, suavem sonum emittit, & nescio quid lacrymabile sub solis occasum, cum matris adventu latari, tristari discere putaretur: ut restat est etiam Corn. Tacitus. Hanc statuem etiam reddere responsa contuivisse, antiqui dixerunt. Fama est, statum nigri lapidis fuisse, que sonum illum emitteret. Scribit Strabo lib. 17. se Thebas in Ægyptum aliquando contendisse, ubi duo altissimi erant colossi ex integris lapidibus inter se propinqui, quorum alterius superiores partes jam corruerant ob terræmotum: hujus pars illa, que reliqua erat super base, circiter horam primam, ut inquit, sonum emittit, haudquaquam magnum, ingenti præsentè multitudine. Zezes Chil. 6. hist. 64. Clippum aut vocatum fuisse Memnonem ab Ægyptiis, & columnam rubri varii lapidis fuisse, que sonum illum emitteret: lætum quidem per diem, quia lætaretur matris præsentia: at lugubrem per noctem, quia doleret illius discessu. N. Comes Mythol. lib. 6. cap. 1.

Serapis idololatiam apud Ægyptios Rufinus lib. 2. cap. 23. in hunc modum describit: Locus est non natura, sed manu & constructione per centum aut eo amplius gradus in sublime suspensus, quadratis & ingentibus spatii omni ex parte distinctus; cuncta verò, quod ad summum pavimentorum evadatur, opere fornice constructa, que immensis de super luminibus & oculis aditibus, invicem in semet distinctis, utum diversis ministeriis & chandelinis officiis exhibebant. Jam verò in superioribus extrema totius ambitus spatia occupant exedre, pætophoria idiomulque in excelsum protracta, in quibus vel aditu, vel hi quos appellabant Ægyptiorum, id est, qui le calcantur, commanere soliti erant. Porcius quoque post hæc omnem ambitum quadratis ordinibus distincta intrinsecus circumibat. In medio totius spatii ædes erat, prætoris

A pretiosis edita columnis, & marmoris fax extrinsecus ample magnificèque constructa. In hac simulacrum Serapis ita erat vestitum, ut dextra unum parietem, alterum læva perfringeret: quod monstrum ex omnibus generibus metallorum lignorumque compositum ferebatur. Interioris delubri parietes laminis primò aureis vestiti, super hæc argenteis, ad postremum æreis habebant: que munimento pretiosioribus metallis forent. De cuius origine diversa fertur opinio paganorum. Alii Jovem putant, cuius capiti modus superpositus vel quia cum mensura modoque cuncta indicere moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præberi. Alii virtutem Nili fluminis, cuius Ægyptiis opibus & fecunditate pascitur. Quidam in honorem Josephi Patriarchæ formatum perturbent simulacrum, ob divisionem frumenti, qua sanis tempore subventi Ægyptii. Alii reperunt in Hætoris Græcorum veteribus ferunt, Apin quemdam patrem familiaris, qui regem in Ægypto Memphis posuit, cum sanis tempore frumenta apud Alexandriam decessissent, ex proprio æstatum vivunt alimenta præbuisse. Quo defuncto, in honorem ejus instituerunt apud Memphis templum, in quo bos quasi indicium optimi agricolæ nutritur, habens quædam coloris insignia, qui ex nomine ejus Apis appellatur: quod verò, id est, sepulchrum, in quo corpus ejus inerat, Alexandriam deduxerunt, & Soron Apis primò ex compositione Soraphin, post verò per corruptionem Serapin nominarunt.

Germani.

Vindelici idolum Fortune certo loco collocabant, cornuque nullo plenum dextræ ejus apponebant. Prid. Kalend. Decembris accubantes mensis, in communi prægustabant. Esti cornu repletum invenissent, ubi rem sequenti anno rerum proventum, sibi cum magno applausu pollicebantur: sin minus, gementant. Vincentius lib. 23. c. 18.

Vandalis Lusitiam incolentibus, erat idolum, Flins nomine qua voce filicem appellant Saxones, filici prægrandi impositum, eam, qua mortis imago pingi solet, formam præ se ferens: sed longo pallio tectum, manu gestans baculum eum tumentem fuscæ: ad sinistram humero leo insidebat; per quem tandem à mortuis se excitandos credebant barbari. Chron. Sax. Germanicum.

In arce Hartzburg Saxones colere idolum Crodos: Saturnum dixerè Latini. Erat fenex, qui stabat in pisce, quem Perficum vocant: & tenebat rotam & urnam. Rota unionem populi, & urna rerum abundantiam significabat. Crantzius in Saxon. lib. 2. c. 12. & in Metrop. lib. 1. cap. 3. Ab iisdem in arce Magdeburg aliud idolum colebatur. Stabat in curru nuda femina, myrta caput cincta corona, ardentem faculam gestans in pectore, in dextra mundi figuram, in sinistra verò mala aurea præferat. Post eam tres puella, Charites Græci, Latini Gratiæ dixerè, nec minus nuda singula poma gestabant, adversis invicem vultibus dona porrigentes. Jugales quadrige erant, gemini signi, rotidemque columbæ. Venerem hæc imagine figurat gentilitas. Crantz. lib. 2. c. 12.

Simulacrum Hermanfal in Vestphalia Heroburgi, seu in castro Heronopoli, ut appellat Greg. Turonensis, à Saxonibus cultum, describit Crantz. in Sax. lib. 2. cap. 9. Erat armati toto corpore effigies, cuius in dextera signum militare, nostri vexillum vocant, præterens rotam: cuius ut breve momentum, & facilis ortus & interitus, ita eventus prætorum. In sinistra libram expandit, dubiam pugnantium sortem facile huc aut illic inclinantem. Pectum inerte urium præferat, internum bellatorum animum insinuans. In clypeo leo, qui bestis imperitat, invictum ad sortia facta impetum monstrat. Floribus confuso campo, in quo stabat: quod nihil jucundius solet videri fortibus, quam in acie virtutem ostendere. Originem istius nominis alii aliunde ducunt. Quidam Romane superstitionis per Drullum & Germanicum communicate superstitione ab Hermete, id est, Mercurio: alii ab Hera Junone, alii à Marte putant sic didicisse Mesborg: alii Iedermans sul, quasi commune profugium & asylum omnium: & Martem communi, qui in prelio diu vagatur incertus, diu dubius, quò ponat victoriam. Reperunt est diu post in loco Corbeja simulacrum cum inscriptione hæc, Dux ego gentis Saxonum, victoriam certam polliceor venerantibus. Sed Avenimus ab Hermione Germanorum rege, Hermanfal, quasi Hermanni aula, & nomen & idololatiam illam esse, verifimiliter existimat, lib. 1. Annal. De loco vero, an Mesburgi ad Lippam, ut Regino, & alii Gallicani scriptores, an verò Mersburgi ad Salam, simulacrum illud fuerit, dubitat Crantz.

Sclavi.

Præ cæteris populis ad maris Balthici litus, Rugiani Suan-tovium coluerunt, cujus sanum primarium, ipsaque statua in metropoli Arcon fuit. De eo Saxo Gramm. lib. 14. Hist. Danorum. Ingens in ade simulacrum, quatuor capitibus, totidemque cervicibus, & quibus duo pectus, totidemque tergum respicere videbantur. Cæterim tam ante quam retrò collocatorum, unum dextrorsum, alterum leviorum aciem dirigebat. Rasi barba, crines attonsi, Rugianorum ritu. In dextera, cornu vario metalli genere excultum gestabat, quod facerces annuatim mero perfundere consueverat, ex ipso liquoris habitu sequentis anni copias prospexitur. Læva arcum reflexo in laus brachio figurabat. Tunica ad tibias prominens. Pedes humo contigui, eorum basi intra solum lateant. Haud procul fratrum, ac sella simulacri, compluraque divinitatis insignia. Quorum admirationem conspicere granditatis ensis augebat, cujus vaginam ac capulum, præter excellentem cæsuræ decorem, exterior argenti species commendabat. Hæc ille. Dii supersticio ejusdem simulacri etiam inter Boemos viguit, donec Ven. eslaus Princeps Boemiam, impertratis ab Othone Cæsare D. Viti reliquis, religionem mutavit. At ne sic quidem memoriam Suan-toviti deletere ex mente Boemorum quivit: quippe nunc quoque nullam magis Iohannem Boemi salutationem habent, quam eam, quæ sit sub Viti nomine: excepturi enim vel hospitem, vel amicum, vel intimum quemquam peregrè advenientem, Vitei Vitei ingeminant, velut sospitati à Suan-tovito concessi congratulantes: quandoquidem ita evenit, ut peste inter vicinos inerebescente, ipsi dumtaxat, qui Suan-tovium colebant, à contagio integri & incolentes permanerint. Dobrav. lib. 1.

Apud Rugianos Urbis Carentia trium deorum privatorum ædificis insignis erat. Majus sanum vestibuli fuit medio continebatur: sed ambo parietum loco purpure claudabantur, tecti fastigio solis dumtaxat columnis impositis. In templo ex quercu factum simulacrum erat, quod Regævium vocabant; deforme, in cuius capite septem humanæ similitudinis facies confedere, quæ omnes unius verticis superficie claudabantur. Totidem quoque veros gladios cum vaginis uni cingulo appensis ejus lateri artifex concilaverat. Octavum in dextera districtum tenebat. Hunc pugno insertum firmissimo nexu ferreus clavus adstrinxerat, nec manus nisi præfixe, evelli poterat. Spissitudo illi supra humani corporis habitum erat, longitudo viri stateram longè excedebat. Hoc numen perinde ac Martis viribus præditum, bellis præesse credebant, qui colebant. In proxima æde Porevithum simulacrum colebatur, quinque capitibus instructum, sed armis carens. Tertia ædes Porenuthi idolo conspicua fuit. Hæc statua quatuor facies præferentans, quintam pectori insertam habebat, cujus frontem læva, mentum dextra tegebant. Saxo lib. 14. Danica histor. & Crantz. de Vandal. rebus lib. 5. cap. 12. & 13.

Prove, Aldemburgesium Sclavorum idolum, columnæ impositum stans, altera manu vomerem, quo innocentia probati solebat, altera verò hastam cum vexillo tenebat: temporaria corona redimita erant, aures prominentes, pedes ocreati, & sub alterius calce tintinnabulum pendebat: Radegasti apud Obotritos Mechelburga erat domicilium: pectus clypeus, cui nigrum bubali caput impressum erat, tegebatur: manus securi militari armata, capiti avicula infidebat. Siuva dea Polaborum altera manum, quas tergo impositas gerēbat, aureum malum, altera uvas virenti pampino adherentes gestabat: coma verò ad furas usque dependebat. Saxonica Chronicon.

Triglas idolum triceps Stretinenses coluerunt. Apud eodem & equus generosus nigri coloris, qui magno studio à quodam sacerdotum curabatur, in pretio fuit; à quo in bellum ituri, rei eventum explorabant certa quadam ratione. Sacerdos, cui equi cura commissa erat, novem hastas, spatio unius cubiti ab invicem distantes, in terra disponebat: ac transversum fræno equum ter debebat reducebat; ac si nullo pedum ad hastam offendisset, felix belli omen erat. Awhor vite Orthonis lib. 2. cap. 20. & 22.

Moschi, Russi.

Diflat Novogradia magna Occidentem æstivalem versus à Moscovia cxx. milliariibus, à Pskovia xxxvi. ab Juvanovu Gorod & Vielkie Luki xl. In hac civitate erat olim quoddam idolum, Perun appellatum, eo in loco, ubi nunc est monasterium, Perunski monaster ab idolo eodem dictum. Hoc



A Hoc à Novogrodenſibus adorabatur: habebat autem formam hominis, lapidem igitur manu tenentis, ſimilem fulmini: Nam P. erum Ruthenis & Polonis fulmen ſignificat. In hujus laudem & honorem ignis ex quercubus, qui perpetuo die noctuque arderet, conſtruebatur. Quod ſi negligentia miniſtrorum, ad hoc officium obeundum deſignatorum, ignem extingui contingeret, tunc capitis poena placebantur. Guagninus in deſcriptione Moſcoviae.

Tartari.

Vide paulo ante. E. qua materia.

In Obdoria regione, ad offa Obbi fluvii, eſt antiquiſſimum idolum è lapide exciſum, quod Moſcovitis Zelota Baba, id eſt, aurea anus dicitur. Statua eſt mulieris vetulae, infantem in gremio tenentis, & alterum juxta ſe infantem habentem, quem nepotem illius eſſe dicunt. Hoc idolum ab Obdoriis, Inhrificis & Vohulificis, aliſque conterminis gentibus colitur, preſtantiſſimaeque & maximi pretii pelles zebellinas ei offerunt: cervos quoque ſelectiores maciant, & eorum sanguine os, oculos, & reliqua ſimulari membra perungunt. Inteftina cruda ſacrifici devorant. Inter ſacrificandum faciebant idolum conſtitit, quid faciendum, quove migrandum ſit. Dicuntur etiam in montibus vicinis ſonitus perpetuo audiri, in modum clangorum tubarum. Alexand. Guagninus in deſcriptione Moſcoviae, Crantzius in Vandalia, Olaus lib. 3. cap. 1.

MODI QUO COLUNTUR.

Quoad Kpivn, Simulacra.

Faſta.

Graeci colunt ſtatus deorum divoties, id eſt, à Jove miſtas. Sic enim, quò terrorem omnibus incutiant, eas ſtatus vocant, quaſi omni humano artificio & ſumptu praſtantiores. Eamque famam ſpargunt, ſtatuaris, vel relegatis, vel occiſis, ne eas manu factas dicant. Suid. in voce divoties.

Adulta.

Herculis ſimulacrum rati infernum, è Tyro mari delatum, incerta de cauſa, ut memorant Erythraei. Ea navis primum ad Hieram, quae è poru Erythraorum Chion ſolventibus prope modum media eſt, delata, cum jam terram attingeret, conſpecto ſigno, ſummis viribus Jones & Chii certatim ad ſe illud pertrahere conati fuere, ſed fruſtra. Donec cuſuſdam Erythraei Phormionis, piſcatoris caeci, ſomnio moniti ſunt, oportere Erythraorum ſeminas comas tendere: è capillo earum ſi viri funes contexiſſent, non diſcitur, quò vellet, ratem pertracturos. Id cum civis ſeminae recuſarent, è Thracia Mulieres, quae voluntaria ſervitute, ingenuae ortu cum eſſent, victum ſibi apud Erythraos quaeritabant, ſe tendendas praebuerunt. Quare jam rate potuit Erythraei, edixerunt, ſolis è Thracia mulieribus in Herculis fanum introire ut liceret. Pauſanias in Achaicis.

SCIPIO Naſica judicatus vir optimus non tantum privato teſtimonio, ſed totius ſenatus ſacramento, ſolus dignus judicatus eſt, ut Martis deum ſimulacrum Peſſinunte advectum deduceret, exciperet, templum magnifice ſtrueret, ejuſque cultui ſacerdotes dedicaret. Livius lib. 9. Dec. 3. Valer. l. 8. c. 16. Ovid. lib. 5. Faſtor. Silius l. 17. Solin. c. 7. Polyſtorie.

Quoad Kpivn.

METELLUS Pontifex per medias flammam Palladium ſervavit. Vide Tit. Pietatis premia humana ethnicorum.

Quoad Kpivn. Simulacra culta.

Sinarum incolae ſuſſitu tantum & odoribus idola, quae apud ſe habent, venerantur. Ad rem quamlibet auſpicandam, oracula per tortes exquirunt: ea ſi tristes ducantur, idola tum vapulant. Ioan. Metellus.

Ornata.

PROLEMUS rex rem divinam facturus, deos ſemper, quos ſibi conciliare vellet, helichryſo coronaffe dicitur. Alex. lib. 4. cap. 17.

CUR Laribus, quod proprie Praefites vocant Rom. aſſiſtebant canis, atque iſti ſagis ex pellibus caninis veſtiuntur? An praefites, quaſi antilites ſunt & praefides? Praefides autem domus cuſtodes eſſe dicit, formidabileſque, ut eſt canis, alienis blandos, miteſque domeſtici. An potius, quod Romani nonnulli ajunt, eſt verum, atque ut opinio eſt Chryſippi philoſophi, mala demonia vagari, quibus dii adverſus flagitioſos & injuſtiſ publicis ununtur tortoribus, & vindictibus: ita Larres juſtoſi quidem ſunt, & vitiores demones, obſervatores ta-

men morum & familiarium? Unde etiam nunc tergis amicitur, canemque habent aſſeſſorem, ut ſagaces ad investigandum & multandum improbos. Plot. in quaſt. Rom.

Pompa.

L. FURIUS Bibaculus circa ſecundum bellum Punicum praetor, à patre ſuo collegiſ Salionem magiſtro juſtus, ſex Licetoribus praecedentibus arma ancilla tulit: quamvis vacationem hujus officii, honoris beneficio haberet. Omnia namque poſt religionem ponenda ſemper Romana civitas duxit, etiam in quibus ſummæ majeſtatis conſpici decus voluit. Quapropter non dubitaverunt ſacris imperia ſervire: ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi divinae potentiae bene atque conſtanter fuiſſent famulata. Valer. lib. 1. cap. 1.

Stupro.

Alexandriae ſimulacrum Saturni religioſiſſimè colebatur: cujus ſacerdos, Tyrannus nomine, matronas ejus civitatis, quas elegiſſet, tanquam à Deo accitas, noctu ad ſimulacrum ducebatur, ibique extinctis repente luminibus, cum eis rem habebat. Sic Tyrannus communis aduter libidinem explebat, dei mentis perſonam. Ruſſin. lib. 1. Eccl. hiſt.

MONUMENTA SEPULCHRA CULTA.

Ex loco Mortuorum cultus huc quaedam, quatenus ſepulchra propter mortuos coluntur.

Thebis extat Zethi & Amphionis commune monumentum, terrae non ſane magnus tumulus. Ex eo, qui Tithorem Phocentium incolunt, terram ſurſumere magnopere ſtudent. Eò verò id agunt tempore, cum ſol Taurum permeat. Tunc ſi amotam ex eo tumulo terram iniecerint, ager ſuis Tithoreſibus fecundior redditur, Thebanis longè ſeſſe. Quare per eos dies diligenter ſepulchrum cuſtodunt. Id ita eſſe, ex vaticiniis Bacidis carminibus perſuaſum eſt utriusque Urbis. Pauſan. in Boeot.

DONARIORUM CULTUS RELIGIOSUS.

Ex loco ſuperſtitionis huc quaedam transferuntur exempla.

ETHNICORUM RELIGIO CONSIDERATA reſpectu Inſtrumentis per quod colitur.

IN GENERE.

Princeps Deus tribus colitur, adoratione, thuris ſacrificio, hymnis. Et id utique ter, ex totidem hemiſphariis punctis, mane, veſpere, meridie. Proinde legibus ſanciri plerique novimus, eorum ab adorantibus ſpectandum; quod eſt Pythagorici obſervatum, nec ſpavit Chriſtiana veritas. Trimegiſtus ad meridiem converſus, id ipſum obibat: Moſes Judaeique, ad occidenta. Ratio inde promi poteſt, quò ab Oriente motus eſt diurnus: à planeta, quos eſſe Ptolemaei doctrina ſtatuit velut coeleſtium ſignorum animas, ab occaſu vertiginis fumunt initia: ſed vivificum lumen à meridie per circuli redit obliquitatem. Adoratio, reverentiae cultum exhibet. Thus, ſuaſiſſimae cognitionis divinae diſtributionem complectitur. Hymnorum jucunditas coelorum reſert concentum, ut Pythagorici ſanciant, nec tacuit Mercurius: vel ſubſtantiarum harmoniam ſeparatam in laude intellectu, ut Peripatetici. Caſius lib. 22. cap. 9. Antiquarum Lectionum.

IN SPECIE HUC PERTINENT

Ethnicorum

VOTA.

Ponti & Perſarum regum votendi mos erat, ut in excelſis jugis, & ſummo vertice montium pyram conſtruerent, aeternaque deſuper breviorum: ipſaque ad pyram ligna rex inferat primus, Jovique militari lac & mel inſpergat: & poſteaquam vinum & mel odores inſuſiderit, velut propitiatio Deo, vota enunciatur & impenſato: quo incendio aſſuante aere, vix illic accedere permittitur. Alex. lib. 3. cap. 22.

Votum à Ducibus exercitus Vulcanico factum de ſpulis hoſtium, ita ſolvebatur, ut ſiſ fugatiſque hoſtibus, ſcuta, gladios & arma, ſpoliaque, nonnunquam bellorum machinas, curruſque & inuitas naves, uno in loco aggerant, pyraque extructa, circumſtante populo, frequentiſſimo exercitu, velut diſpoſita acie, dux more patrio diſcinctus, Vulcanico, Marti, & Palladi incendat: ipſaque dux indutus purpuram, primus ardentem facem ſumere, ambaſque manus in caelum tendere, deinde in pyram ſummittere debeat, toto circum exercitu occultante, & per-

A & percuffis armis plaudente: pyraque & armis exuſtis, ſacra & rem divinam faciunt. Tameſi arma militaria non exuri, ſed belli more cremari ſolita legamus. Alex. lib. 3. c. 22.

PRECES, SUPPLICATIONES, CUR

SUSCIPIANTUR. CAUSA SCILICET

Boni imperandi.

SCIPIO Africanus poſterior Cenſor, cum luſtrum conderet, inque ſolito ſacrificio ſcriba, ex publicis tabulis, ſolemni ejus precationis carmine praereit, quo Dii immortales, ut P. R. res meliores amplioreſque facerent, rogabantur: Satis, inquit, bonae ac magnae ſunt. Itaque precor, ut eas perpetuo incoluſme ſervent. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari juſſit. Qua votorum vervecundia deinceps Cenſores in condendis luſtris uſi ſunt. Valer. lib. 4. c. 1.

Boni imperandi gratias agendo.

Victoribus bello virtus, ob res feliciter ductu eorum geſtas (in quibus grates diis agebant, muliereſque eximios cultus, viri praetexas atque ampliſſima ornamenta ſumebant) à Senati Rom. maximi muneri loco ſaepe tributa ſunt ſupplicationes, modo plurimum dierum, modo paucorum, prout magnitudine geſta, & proſperis ſucceſſibus poſtulant. C. Julio Caſari in expeditione Gallica, contra quos multiplici clade dimicatum eſt, obſcletas pugnas quodecim dierum ſupplicatio decreta ſunt. Et D. Brutus ob proſtigium Antonium bello Mutinenſi (quod antea contigit) quinqueſaginta dierum ſupplicationes meruit. Cicero quoque in ſenatu C. Octavio ob res feliciter geſtas, ut omnia templa phanaeque pariter quinqueſaginta dierum ſupplicationes decrevit. In quibus grandes natu matres manibus amplexa, & viri ſenorum coronari procedere, & cum bonis precationibus ſauſtis omnibus ad templa convenire, & diis gratias agere ſolebant. In his quoque praecipue cives letari, quod vinctari dixeret, delubra parere, aras ſacrificiſ ſumare, honoreque ac donis cumulari, nonnunquam vinum & tunc publice dari legimus. Fuirque ſupplicatio aliquando prerogativa triumphis: nam quibus ob res bene geſtas ſupplicationes decretae ſunt, haud multo poſt feliciter conſectis bellis, à ſenatu ſpecioſos triumphos datos competimus. Alex. lib. 3. c. 30.

Mali deprecandi, avertendi.

Si terra ingenti concuſſa motu, aut Urbs agrive contremiſcerent, ſaepeſ ſupplicationem in triduum decrevere Rom. Nomen dei, cui ſacrum fieret, ſupprimebant, quòd cum teluris motorem certum deum, qui eam vim haberet, veteres non diſpoſcerent, illum qui huic rei praefect, nuncupate pontificales veterant libri: & ne accipiti aſſimilatione ſerterent, aliumque pro alio deo colerent, non offentium nomen placarent, ſtatim duxerit, dei nomen, cui ſacra fierent, ſupprimere, quam illum fruſtra, aut perperam nominare. Alex. l. 5. c. 30.

Pro quibus ſupplicatur.

Romani Sacerdotes in omni precatione, cum vota conciperent, ſimul etiam ſenatus & Quiritibus bona precabantur: neque ſas erat, in ſolemni prece ſine altero alterum nominare: ſicut Athenienſes ( ut reſert Theopompus) quum vota diis eſſenderent, Chitiſ & ſibi proſpera precabantur; & in Panegyris, quae ſingulis quinqueſimis fiebant, per praeconeſ ſibi & Plataenſibus bona precari uſurparunt. Deinde Philippo iſbitari propter continas clades, & belli mala, decreto ſanxerunt, ut quodſ ſacerdotes proſpera Athenienſi populo ſociiſque & exercitiſ precabantur, toties Philippum, liberos, terreſtres navaleſque copias, atque omnem Macedoniam extitaiſ carmine & diris imprecationibus deſtarentur. Nero tamen, dum Iſthmi opus auſpicatur, in praecationis carmine ſibi tantum & populo Romano bona precatus fuit, diſſimulata ſenatus mentione. Alex. l. 5. c. 30.

Quomodo ſupplicatur.

Ex loco ſacrificiorum huc modus precum accommodetur. Romani in expugnandis Urbibus interdum deos evocant tutelares, interdum verò Urbes devovebant certis quibusdam ſacris verbis. In l. 5. Rerum reconſtitutarum Sammonici Sereni, utriusque carmen ſe reſente Macrobius teſtatur, quod iſte eſt in cuſuſdam Eurii vetuſtiſſimo libro reperiſſe aſſerit. Eſt autem carmen luſtuſmodi, quò dii evocantur, cum pugnatione Civitatis cingitur: Si Deus, ſi Dea eſt, qui populus civitaſque Carthagenſis eſt in tutela, itaque maxime ille, qui Urbis hujus populique tutelam recepiſti, precor veneroque, veniſque à vobis peto, ut vos populumque civitatemque Car-

thaginenſium deſeratis, loca, templa, ſacra, urbemque eorum B relinquant, abſque his abeat, eique populo civitatisque metum, formidinem, oblivionem injiciatis: proſitque Romam ad me meoſque veniatis: noſtraque vobis loca, templa, ſacra Urbs acceptior probatioſque ſit: mihi quoque populo Romano, militibusque meis, praepoſitiſ ſitis, ut ſciamus intellegimusque: Si ita feceritis, voveo vobis templa, ludoſque ſacrificum. In eadem verba hoſtias fieri oportet, auctoritatemque videri extorum, ut ea promittant futura: Urbes verò, exercitumque ſic devoveatur, jam numinibus evocatis. Sed Dictatores Imperatoſque ſoli poſſunt devovere, his verbis: Dic Pater, ſive Jovis Manes, ſive quo alio nomine ſas eſt nominare, ut omnes illam Urbem Carthagenem, exercitumque, quem ego me ſentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis: quique adverſus legiones, exercitumque noſtrum amaſque ſerent, uti vos eos exercitus, eos hoſtes eoſque homines, urbes agroſque eorum, & qui in his locis, regionibusque, agris, urbibusque habitant, abſincatis, lumine ſupero princeps: exercitumque hoſtium, urbes, agroſque eorum, quos me ſentio dicere, uti vos eas urbes, agroſque, capita, arateloſque eorum devotas conſecrataſque habeatis, illis legibus, quibus quandoque ſunt maxime hoſtes devoti: eoſque ego vicarios pro me, ſide, magiſtratuque meo, & pro populo Rom. exercitibus, legionibusque noſtris do, devoveo; ut me, meaque fidem imperiumque, legiones exercitumque noſtrum, qui in his rebus gerendis ſunt, bene ſalvos finatis eſſe. Si haec ita faxitis, ut ego ſciam, ſentiam, intellegam, tunc quicquid votum hoc faxit, ubi faxit, rectè factum ego, ovibus aris tribus, Telluris terram tangit: cum Jovenem dico, manus ad caelum tollit: cum votum recipere dico, manibus pectus tangit. In antiquitatibus autem haec oppida inventi devota, Sontios, Fregellas, Gabios, Vejos, Fidenas inter Italiam: praeterea Carthagenem & Corinthum. Sed & multos exercitus, oppidaque hoſtium Gallorum, Hiſpanorum, Aſiorum, Maurorum, aliarumque gentium, quas priſci loquuntur Annales. Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 9. Plin. lib. 28. cap. 2. ex Verrio Flacco notat, idcirco occultatum, in cuius Dei tutela Roma eſſet, ne qui hoſtium ſimili modo agerent: Arnobius verò contra Gentes, nomen Dei Tolum fuiſſe ait, quod in arce caput Toli inventum eſſet. Unde Capitolium nomen traxit.

FLAGELLA. VULNERA.

Vide infra. Sacrificiorum Materia, Sanguis.

PROSTITUTIO.

Apud Babylonios, omnes mulieres indigenas oportet ſemel in vita, ad Veneris templum deſcendere, cum externis viris conſuetudinem habere. Multae verò divitiis tumentes, cum ſi copiam aliis facere aperte nolint, vehiculis tamen cameratis ſubvectae, pro templo conſiſtunt, relicta interim à tergo magna famulitii turba. Pleraque autem hunc in modum faciunt. Ad templum Veneris ſedent, corollis tempora revinctae: è quibus dum aliae ſeorum abeunt, aliae regrediuntur: nam tranſiſs undecumque ſic funiculis diſtincti, aditum praebent externis ad mulieres illas, quam cuiſque libuerit deligendam. Cum ſemel illic conſederint, non prius domum regrediuntur, quam hoſpitum aliquis pecuniam mulieri in gremium iniecerit, & cum eadem à ſano ſeorum abducta rem habuerit. Hoſpitum autem illum, qui pecuniam obulit, dicere oportet: Tanti ego tibi deam Mylittam imploro. Mylittam enim Aſſyrii Venerem appellant. Pecuniam illam, quantulumcumque ſit, non eſt ſas rejicere, ſed in ſacrum convertitur uſum. Neque mulieri licet hoſpitum aliquem repudiare: ſed quicumque iſt eſt, qui pecuniam objecerit primum, hunc illa ſequitur citra delectum. Poſtremò ubi jam congrega fuerit cum externo mulier, dea exiata, domum revertitur, ac deinceps facile cuiſque commiſſetur. Jam quae forma ſunt elegantior, citius expediuntur: quae verò deformes, diutius conſiſtunt deſidere pro templo, antequam legi ſatiſſciant. Etque interdum, ut uno atque altero anno, aut etiam triennio, atque amplius, expectare oportet miſeras. Alicui, nempè in Cypro, ſimilis quaedam lex eſt. Herod. lib. 1.

CONVIVIA. LECTISTERNIA.

Ludis ſecularibus, quos primus P. Valer. Publicola, qui cum Bruto Conſul fuiſt, fecit, lectiſternium per trinocium fuiſſe, ait Valerius lib. 2. & Conſortium de die Natali. Livius in lib. 3. Auguſt. de Civitate Dei c. 17. Livius l. 5. de ludis ſacraribus ita ſcribit: Triftem hyemem gravis











A Ignovus ille Deus est, cujus occasione D. Paulus Atheniensibus Christum predicare cepit. Paulinas certe in Atticis aratum etiam suo tempore Ignovus diis extuctarum meminit.

Amburbialis, victima erat, cum propter dira prodigia (ut si bubo, vel lupus cellam Jovis, vel Capitolium intrasset) tede aut victimam, sulphuris, & aque lustratione, urbs aut Capitolium purgaretur. Alex. lib. 5. c. 26.

Gallis lustrandi urbem usus erat, ut hominem prioribus cibis anno fagmarent, ac festo die urbe tota circumductum, extra pomerium educerent, eumque mox lapidibus obruerent. Alex. lib. 5. c. 26.

Equetris ordinis Romana juvenus omnibus annis bis urbem spectaculo sui celebrabat, die Lupercalium, & equitum probatione. Lupercalium enim mos a Romulo, & Remo inchoatus est tunc, cum letitia exultantes, quod his avus Numinor rex Albanorum, co loco ubi educati erant, urbem condere permisisset, sub monte Palatino (hortatu Faustuli educatoris sui) quem Euander Argivus consecraverat; facto sacrificio, castique capris, epularum hilaritate ac vino largiore provecti, divisi pastoralis turba, cincti omnes pelibus immolarum hostiarum, jocantes, obvios petiverunt: cujus hilaritatis memoria annuo circui Feriarum reperitur. Trabeatos vero equites Idibus Julii Q. Fabius transehi instituit. Valer. Max. lib. 2. c. 1.

Coneionis purgande. Moris fuit Atheniensibus macrare porculum, & subellia coneionis sanguine illius imbueri, in honorem Cereris, qui fruges ejus ladit, inquit commentator Acharnentium. Unde Aethines dixit: Postquam piaculum circumlatum erit, & praeo patria vota fecerit, tum jubet lex ad populatum agi. Immolans vero ad expianda loca porculum, & ad expianda loca: Aethines contra Timarchum & ad expianda loca: Qui expiabat, & ad expianda loca: Caelio Periliarchus. Lex autem, ut inquit Dinarchus apud Demostenem contra Timocratem, praeconeum cum bona ominatione precari jubet, ut populo de rebus à diis consilium traderetur. Cum votis porro exeratione quoque conjuncta fuit, ut ex oratione Demosthenis de Ementia legatione colligitur: Recita exerationem, inquit, ex lege exeratione. Haec pro vobis Athenienses in finibus concionibus praeco precatur, quae constituta lege sunt. Videtur autem exeratione hujus sententiae fuisse, quantum ex iis, quae apud eum sequuntur, verbis elicitur, ut qui contra Remp. sensisset, dixisset, ipse cum gente, domoque sua à diis everteretur. Sigon. lib. 2. de Rep. Athen. & Calvis. l. 27. cap. 17.

Curias & populum purgari accepimus, cum exceptum ex bovis utero vitulum comburerent, & ex illius cinere, addito equo sanguine & fabarum stipulis, suffimen facerent. Alex. l. 5. c. 26.

Agrorum. Cum in Axanata Phrygia summa fames ob agrorum sterilitatem oborta esset, pastoreque rem diuinam frustra facerent Euphorbus quidam novum sacrificii genus excogitavit, & vulpem & echinum immolavit. Qua bestia placatis diis, agros fertaces esse cepisse, scribit Hermogenes, citante Stephano.

Canarium in antiquis libris dicitur augurium, cui agendo constituerentur dies, priusquam frumenta vaginis exirent, & antequam in vaginis pervenirent, à cane ducto vocabulo. Si quidem rutila canes, id est, non procul à rubro colore immolabantur, ut ait Attejus Capito, canario sacrificio pro frugibus, deprecandae sevitiae causa syderis Caniculae. Legimus in Graecorum monumentis, exurente quandoque Cycladas insulas cane, atque inde sterilitate multa ac siccitate confecta, qui in Ceo habitabant, ex oraculo Aristaeum Apollinis & Cyrenes filium accersiverunt. Advenit, ex Arcadia secum quibusdam ductis, templumque erexit Jovi, quem vocavit Icaemum, quasi pluvium dicas. Canem quoque rebus divinis operatus placavit, Cuique legem insinuit, singulis annis epuldem ferventem extortum cum armis, ac eidem rem obirent diuinam. Calvis. lib. 17. c. 27. A. L.

Amburvale facrum nisi de porca secunda & gravida, aut vitula, fieri non consuevit, cum arva & fegetes solemini victimam lustrantur. Eam victimam maris fugibus ter circum arva ducere convenit, omnesque post eam clamantes sequi: ex quibus unus querna ornatus fronte, cum solemini saltatu, composito carmine Cereri decantabat laudes: ac postquam lacte, vino & fivo libabant, antequam fruges meterent, porcam Cereri immolabant quae Praedanea dicta est. Alex. l. 3. c. 12.

Apud Romanos, agna coronata, messis, ager, fundus, terra, Egrex vel pecus ter circumlustrabatur, prolequente aegritum turba cum fistula; solemnique plauti & clamoribus, deum deamque cui sacra fiebant, invocante, uti morbos, calamitates & omnem intemperiem prohiberent; fructum agrorum, pastores, pecoraeque servarent. Si ager lustrandus foret, Junoni & Jano vino libabant prius: mox Martem patrem, ut sciens volensque propitiis adesset, invocabant. Alexand. lib. 5. cap. 26.

Pecudum lustrandarum. Quando oves lustrabantur, pastor summo diluculo aqua illas inpergebat & sulphure, herbaque sabina & lauro igne succento, circa ovilia fumigabat: cumque sacro carmine, milio & libo, cum lacte & fapa Palladi facta faciebatur: quo suffitu pecora expiari, & morbos depelli, ac diras tabes exterminari putabant. Alex. lib. 5. c. 26.

Insula expianda. Anno sexto Peloponnesiaci belli Delus insula ab Atheniensibus expiata. Expiationis ratio talis inquit, ut cadavera ex tota insula resoluta, in Rheniam sint asportata; constitutumque ut jam inde nemo ibi nasceretur moreturve, sed ut quae nixu laborare cepissent, ac quoquo modo petiit, in eam insulam deportarentur. Est Rhenia adeo Delo propinqua, ut Polykrates Samiorum tyrannus utramque alteri catena aliquando junxerit. Manfit in Delo lustrale sacrum, quod Athenienses cum circumiectis insulis quinto quoque anno deinceps celebrantur. Sab. lib. 6. c. 23.

Exercituum lustrandi. Macedonibus inter divinum hostiam, priorem ad dexteram, posteriorem ad laevam via, aut didicisse canis viscera, amatas copias, & exercitum traducere, instructo paratoque milite praecedere & simulacrum pugnae edere, cumque cohorte regia & omni belli apparatu arma ab ultima origine regum profertur, & sacrum piaculari facere, lustrandi mos fuit. Alex. lib. 5. c. 26. & Sab. lib. 7. En. 5.

Apud Rom. lustrari exercitum nisi sine, ove & tauris, qui puri essent, non erat fas: qui postquam ter circum instructas acies ducti erant, praecedente pompa & gressu composito, Marti immolabantur. Alex. l. 3. c. 12.

Navibus olim teda lucida, ovo & sulphure lustratis, ad purificationes, preces solempnes praefati, nomen indebant ethnici sacerdotum; nec in totum exolevit antiquum ritum Masiliae conspeximus. Broden in 2. Epigram.

Navales copiae si lustrarentur, disposita classe in littore, aram mari abluant, & casam victimam atque extra per classem circumferant, cum solemini carmine & precatioe. Quo facto, hostie partem in mare projiciant, partem etiam flammis comburent: & eo modo classem lustrati & calamitates depelli putabant. Alex. lib. 5. c. 26.

Initiatoria. Ex loco, Ordines sacri, hoc quaedam Supplicatoria. De Precibus supra per se. Hic quatenus sacris junguntur.

SACRIFICIA SINGILLATIM SECUNDUM Causas Considerata. Consule Lil. Greg. Gyraldum Synagmate 17. historiae Deorum gentium.

MATERIAE RESPECTU CONJUNCTIM, QUOADH ORNUM. Sic offeruntur. Ver sacrum.

Fuit mos quondam cum Italis aliis, tum Romanis, ubi res suas in periculo versari cernerent, votendi, quaequoque proximo vere nata essent apud se, animalia immolantur: unde id Ver facrum dictum est. Livius lib. 4. Decadis quarta. In hoc voto, quicquid ex subibus, ovibus & agnis inter Kalendas Martias & Idus Majas apud quemque natum edunive fuisset, voto contineri dixerunt: pueros quoque & puellas, teste Festo, qui inter haec tempora editi fuissent, haud dubie voto comprehendi: sed quia immolare eos turpe ducerent, hoc piaculari sacro expiarunt, ut adultos valarent, valatque extra fines exigerent, qui Venae dicti sunt: quo piaculari religione putabantur. Alex. lib. 3. c. 22.

Primitiae. Frugum primitias Cereri, Mustum vero Baccho offerbant olim. Omnium

A Omnium quae nascerentur è terra, primitias Dianae offerri solitas, apparet ex his versibus Euripidis. Ovi & capris viciis. Kaddasov, d'eo capropo duen dia.

Postquam dejecti sunt Tiranes ab imperio, Jupiter optionem dedit Vestae, quod vellet, capiendi. Hanc primum virginitatem postulasce, inquit, & post illam, ut primitias omnium quae sacrificarentur, sibi offerrentur ab hominibus. Ita vero postea facrum est in facris, ut primum omnium, quae sacrificarentur, primitias Vestae offerrent. Itud ipsum innuit etiam Aristoph. in Vespis. Natalis Comes Mythol. lib. 8. cap. 19.

Decuma. Dionysius Halicarn. ait in primo Antiq. Jovem & Apollinem ob intermissas hominum decimas sterilitatem & siccitatem agris, fluminibus, animalibus, hominibus immisisse, donec decima fieri reddita. Polydorus lib. 5. cap. 8. de rebus inveni.

Gratiarum. Quod cuique deo gratissimum esset, id ad illius aras machari solitum, quidam ajunt. Itaque equus Martis erat hostia, & quod aper Adonim interfecisset, apto Veneri rem divinam fieri nefas erat. Alii, quod quisque deus odisset, ejus potissimum illum caede oblectari putabant. Itaque Nocti sacrificabatur gallus gallinaceus, quod canisio diem provocare, noctem fugare videretur: capra Palladi, quod oleam insigniter laederet: porcus Cereri, quia semina pando emerret rostro, spemque interverteret anni. Mavens lib. 3. Par. sect. c. 7.

Idi Anser propria victimam dicata est, Plutoni Taurus, Proserpinae Juvenca, & Bos vitula Averno. Ulysses apud Homerum aricie & ove nigra Erebo sacrificavit. Apud Aegyptios Luna taurum & Libero pari fuit, reliquis vero diis omnibus, boves, mares, vituloque & anseres immolabant. Alex. l. 3. cap. 12.

Etatum. Omnes bimae Hostiae apud Rom. bidentes dicebantur, corrupta voce, pro bidentibus, quasi bidentes. Gel. lib. 16. c. 6. ex P. Nigidii libro de extis. Consequere Romani, rebus suis citò expediri cuperent, etate grandioribus hostiis: ubi vero rem augere vellent & procreari, juniori victimam sacrificare. Si pro infantibus immolandum foret, non grandis, sed minor hostia machabatur. Alex. lib. 3. c. 12.

Sexum. In omnibus facris, feminini generis victimae potiores erant Rom. Itaque si per marem litari non poterat, femina succidanea dabatur: non è contra: Nam per feminam hostiam minime peritatum foret, succidanea adhibere non licebat. Apud Aegyptios fecis: quibus feminam hostiam immolare, est habitum nefas. Barbaris quoque circa montem Caucasum & apud Berbices Persicam gentem, femininum animal victimam dare, aut ejus caribus vesci, sub gravi documento vetabatur. Alex. lib. 3. c. 12.

Numerum. Hecatombas vovere Graecis & Romanis antiqui moris fuit olim, cum pestilenti contagio & gravi morbo laborarent: quod à Laconibus primo inventum fuisse dicunt. Cujus voti observatio talis erat, ut centum arae uno in loco aggesto cespitae fierent, in eisque centum boves, centum oves, centumque sues uno tempore immolarentur: si vero Imperatorum votum esset, centum leones, centumque aquilae una macharentur. Balbinus & Puppienus Imp. contra Maximinos hecatomben victimae causa voverunt. Alex. lib. 3. c. 22. & Cal. l. 20. cap. 6. Ant. Lett.

Ordinem. Patris urbe Achaiae est Laphriae Dianae sanum, cui anniversarium sacrum faciunt, pyra circa aram in orbem extructa, & intra septum animalibus omnium generis coniectis, apris, cervis, capris, lupis & urtis, esculentibus avibus, & arborum pomiferarum fructibus. Quae omnia immisso igne cremantur. Sacerdos est virgo, quae cervorum curru magnifice invehitur. Pausanias testis in Achaicis.

Ordinem. Succidanea hostie dicebantur apud Rom. quasi succidanea, quoniam si primis hostiis litatum non erat, aliae post eadem ductae hostiae dicebantur, quae quasi prioribus jam caesis hendi piaculi gratia subdebantur & succidebantur. Gel. lib. 4. cap. 6. Noë. Arr.

Præcidanea hostia, quae ante sacrificia solemnia pridie caduntur. Idem. L. B. T. beat. vit. Human. Tom. 111.

Una hostia nunquam duobus diis, aut incertis; sed certo E numini immolabatur: superisque impares, inferis vero pares. Alex. lib. 3. c. 12.

MATERIAE RESPECTU SPECIATIM, quatenus offeruntur. Animalia. Nempe.

Coturnix. Athenens lib. 9. scribit, Herculem Jovis & Asteriae filium in Libyam proficiscentem, à Typhone fuisse interemptum: revocatum autem in vitam odore coturnicis, illi ab Jolo admotae: & ob eam causam Phoenices Herculi coturnice sacrificare. Erasim. in Adag.

Gallus. Pythagoras quandoque Jovi gallum albis plumis immolasse dicitur. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 12. Trezenii gallo albis alarum pennis discepto, Africum ventum & sinu Saronico agros & vineas persplantent, novoque pampinos acriter torrentem, placant. Pausan. in Corinth.

Pisces. Silae cuidam in Symposiacis Plutarchi ipeion dionysos edis, esse ipeion dionysos. Quam opinionem validis argumentis quasi ex professo labefactans Athenaeus, Copaides Angullas ab incolis hostiarum in morem coronatas, diis sacrificari probat, Dianae Mædines Eustathius. Ab Aegyptiis certe interduntur in facris pisces. Brod. in 1. Epigr.

Bovis. Typhoni Aegyptii boves rufas machabant. Plut. Solonis lege de bove nulli Deo sacrificari licebat, cum animal sit innocuum, & agrorum cultui debitum. Quippe veteribus tanta venerationis erat, ut aequè capitale esset bovem ac civem necesse. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 12.

Herculi machabatur in ara apud Romanos maxima juvenca indomita: in quo sacrificio Praetor aut Pontifex, qui rem divinam facit, sola lauro, nec alia fronde coronabatur: cumque mulieribus adesse sacris, & rem divinam facere omnibus ferè liceat; huic tamen sacrificio adesse, vel extra tangere, aut vesci, aut solemnia etiam videre, religio non permittebat. De hoc sacrificio & variis ejus caeremoniis lege. Alex. ab Alexan. lib. 2. c. 14.

Jovi à Flamine Diali omnibus Idibus bos candidus & ex agro Falisco vel Mevania immolabatur. Idem l. 3. c. 12. Forcidia festa, in quibus hostias, quae uterum ferunt, immolare solebant. Idem lib. 5. c. 25.

Hordeales dies festi erant, in quibus hordeae, hoc est, praegnantes immolabantur boves, etiam in diebus atris & nefastis, in quibus aliis nullum sacrificium ritè fieri poterat. Alex. ab Alex. l. 3. c. 20.

Caprae. Ferunt, in Pedasia, regione Cariae, quum Jovi Lycaeo stata die sacrificetur, capram è Pedaso sua sponte ad sacrificii locum venire, & se immolandum sistere. Alex. lib. 4. cap. 12.

Soli è Graecis omnibus Lacedaemonii solempne habent Junonem colere, quam Aegophagam nominant, eidemque capras immolare. Herculem quidem procreant primum templum dedicasse, & dea capram machasse. Id illum fecisse, quod contra Hippocoonis filios pugnantem nihil Juno adverfi subjecerit, cum perinde atq; in aliis certaminibus contra pugnanturum pugnasset: capram vero fecisse, quod aliae victimae non suppetent. Paus. in Laconicis.

Potmiis, urbe Beotiae, fuit olim Liberi patris edes, cognomine Aegoboli, id est, Capram cedentes. Ita enim aliquando accidit, ut dum sacrificarent, per temulentiam eo vacordiae processerint, ut ipsum Liberi patris sacerdotem occiderint. Quod piaculum cum atrox pestilentia consecuta esset, ex Delphici Apollinis responso, puerum Libero jam pubescentem, machandum accepertur. Sed non multis post annis deum ipsum capellam pro puero supposituisse tradunt. Paus. in Boet.

Sues. In Thessalia, ubi Castnienis Veneris sanum est, & in Sida Pamphyliae, in Alpendo Argivorum, & Argis quoque in eo festo, quod Hysteria dicitur, sues in sacrificiis machare licebat. Alexan. ab Alex. lib. 3. c. 12.

Sus vs à verbo suen, quod est immolare, quoniam à suillo genere pecoris immolandi initium sumptum videtur. Cujus vestigia, quod initis Cereris porci immolantur: & quod initis pacis, foedus cum ferunt, porcus occiditur: & quod nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Hetruria, in

Bb con-